

accepistis in quo & stetit per quod & saluemini & cetera.  
**D**e uera carnis resurrectione. **omel. Lec eius deo**  
 beatus apostolus paulus. corinthios in presenti lectione confirmat.  
 s. ut audiuit dilectio uestra. Notum inquit uobis facio fratres euange  
 s. lium. quod praedicaui uobis. quod & accepistis. in quo & stetit. per quod  
 s. & saluemini. In cuius doctrina & per quod salutem sperastis. & in pre  
 s. senti iam aduersis infirmitatibus. atque angustis saepe liberati estis.  
 s. Quare ratione praedicaui uobis. Totam enim ratio praedicationis nos  
 t. rae haec est. ut resurrectionem ueraciter credatis. quia hoc est  
 eorum premium qui xpo deseruiunt. Alioquin superfluum est  
 omnis labor ieiuniorum tribulationumque. quas in hac uita patimur.  
 Cum uobis hic prospera uel aduersa. cum infidelibus esse communia  
 uideantur. Nam infideles & pagani. hic in presenti recipiunt conso  
 lationem suam. carnalibus fruendo desideris. In futuro autem acer  
 nas penas se possessuros legent. ubi numquam amplius consolationem  
 recipiant. Nos autem qui credimus & tribulationes hic atque angus  
 tias diuersas patimur. si haec patienter in nomine dni sufferamus.  
 & carnalibus hic concupiscentiis repugnemus. atque ne beatitudinis  
 & gaudii consolationem mereamur. ut ipse dns promisit dicens.  
 Beati qui lugent nunc. quod ipse consolabuntur gaudio semper eterno.  
 Et apostolus nos alibi ammonens dicens. Si conpatimur hic tribulationes  
 cum xpo. & cum glorificabimur in futuro cum xpo. Et alibi per multas  
 enim tribulationes oportet nos introire in regnum di. Unde sequitur.  
 Et sitientes nisi frustra credidistis. Nam si fidei uestrae & laboris premi  
 um non sperastis. frustra utique credideritis. Tradidit enim uobis in  
 primis. id est maxime quod & accepit. siue a lege uel a prioribus maxi  
 me autem per reuelationem xpi. Quomortuus est xps pro peccatis  
 nostris secundum scripturas. ut de eo esaias propheta ait. Sicut ovis  
 ad occisionem ducetur. & quasi agnus coram ton dente se sine uoce.